

hæredes ejus. Ità colligitur ex cap. in conclusione cit. & ratio est: quia in nominatione executoris electa est industria & fides personæ; obligationes tamen executoris, quas contraxit malè exequendo v. g. inferendo damnum, transeunt ad hæredes; si executio testamenti sit alicui demandata non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis vel officii, munus executoris transit ad successorem in dignitate vel officio, nisi ex circumstantiis oppositum colligi posset, quod nimirum munus executoris non dignitatis, quâ gaudet, sed personæ intuitu commissum esset, quia v. g. propinquus vel amicus fuit testatoris arg. cap. requisisti 15. de testam. est autem hoc speciale in executione testamentorum ob testamenti favorem, quod licet in aliis commissio- nibus, si mera vel pura executio alicui sit deman- data etiam sub nomine dignitatis vel officii, illa non transeat ad successorem in officio: quia videtur electa industria personæ, in denominatione tamen executoris testamentarii munus exequendi transeat ad successorem in officio vel dignitate, ne ultima voluntas testatoris inexecuta maneat.

DISPUTATIO XXXV.

De Religione, Oratione, & adoratione.

INter partes potentiales justitiæ excellit atque dig-
nissima post omnes Theologicas virtutes est re-
ligio, cujus etymologiam quidam deducunt à rele-
gendo, alii à religendo, alii à relinquendo, eò
quod religiosa à nobis non attingantur, sed relin-
quantur & deponantur. Optima verò videtur de-
ductio, qua S. Aug. lib. de vera relig. tom. 1. cap.
55. vocem illam deducit à religando: *ei u. i reli-
gantes animas nostras, unde religio dicta creditur &
iterum religet ergo nos religio uni omnipotenti Deo,*
quam

De
quam de
duplicite
lem præ
tium obli
munis di
centurio
Deum. I
servantia
tum tend
pria, d
tem reli
num tu

De esse

DICO

quantum
gubernati

Explic

religionis
cum dispo

tem habitu
generalia in

tellectum &
delectabilit

omnium p
missa men

sistentem
quam non

tu signu
significat

missionis.
prout est
specialem

quam deductionem approbat lib. 1. retract. cap. 13. dupliciter autem religamur Deo semel per generalem præceptorum Dei ad finem & mores spectantium observantiam, & hæc omnibus christianis communis dicitur religio; quo sensu etiam cornelius centurio Act. 10. v. 2. dicitur *religiosus ac timens Deum*. Deinde specialiter religamur Deo per observantiam consiliorum. Et hæc est quibusdam statum tendentium ad perfectionem profitentibus propria, de qua infra agetur, modo specialem virtutem religionis, per quam Deo cultum tum externum tum internum exhibemus, consideramus.

Q U Æ S T I O I.

De essentiâ & objecto religionis & qualis virtus?

DICO 1. *Ad religionem pertinet exhibere reverentiam uni Deo secundum unam rationem inquantum scilicet est primum principium creationis & gubernationis rerum.* S. Th. hic Q. 81. a. 3. O.

Explicatur & probatur Conclusio: Quæ essentialem religionis rationem continet, videlicet quod sit virtus: cum disponat habentem ad opus bonum; quilibet autem habitus disponens ad bonum est virtus secundum generalia in 1. 2. tradita; perficiens voluntatem (non intellectum ad cognoscendum verum) ad promptè & delectabiliter exhibendum Deo tanquam primo rerum omnium principio tum internum in recognitione submissâ mentis, tum externum in signis corporalibus consistentem cultum, quo nomine plus intelligitur, quam nomine honoris, honor enim tantum importat signum protestativum excellentiæ, cultus autem significat signum protestativum subjectionis & submissionis. Ex quibus patet quod essentia religionis, prout est specialis quædam à cæteris distincta virtus specialem quandam honestatem intendens consistat in
quali.

qualitate aut potius habitu perficiente voluntatem ad ea, quæ ad cultum Dei pertinent & ita religionem definivit Cicero à S. Th. hic 2. 1. arg. sed contra allegatus: *Virtus, quæ superiori cuidam nature (quam divinam vocant) cultum ceremoniamque affert.* Au clariùs: virtus moralis, quæ inclinât ut Deum exterius & interiùs colamus cultu ipsi tanquam supremo rerum omnium principio debito.

Obj. 1. Deus colitur omnium virtutum actibus, ergo Deum colere non pertinet specialiter ad religionem, deinde cultus Dei importat submissionem quandam erga Deum; sed submitio erga Deum ad humilitatem pertinet.

R. Ad 1. Negando ant. si ly colere propriè accipiat; non enim fides Deum colit sed Deo credit, pœnitentia Jus divinum læsum reparat, & sic de cæteris, licet omnium virtutum actus ex motivo Deum colendi possint imperari, si verò colere sumatur latius prout significat alteri qualecunque servitium vel gratum opus exhibere, sicut & quodlibet opus bonum dicitur sacrificium, hoc sensu quolibet virtutis actu colitur Deus. Ad 2. Humilitas inclinât quidem ad submissionem erga Deum velut infinitè omnes creatas excellentias excedentem & tanquam mensuram omnis excellentiæ, non verò velut primum principium, à quo omnes res in fieri & conservari dependeant, sed sub hâc ratione respicit Deum religio.

Obj. 2. Deo tanquam primo principio exhibere reverentiam est actus gratitudinis pro maximo creationis & conservationis beneficio; ergò non est actus religionis.

R. Negando consequentiam: non enim est gratitudo erga Deum virtus à religione distincta: cum summa creaturarum à Deo dependentia exigat continuam Dei erga res ex nihilo productas beneficentiam,
sine

De
sine quâ e
actum fiv
jus benef
Porro
animâ int
videlicet i
te purè int
tus interio
tus: cum
universal
ea excel
principi
congrue
esse, nil
dere ab ho
raliter sub
tes, & c
colunt.
DICO
quidem,
hoc se ha
nem: ali
mi cultus
1ma P.
tione lui t
gionis; se
lui tendit r
teriale, in
tionis, te
Deus colit
allamend
sive objec
nes res cre
principio
verò mat

sine quâ extrâ nihilum non essent, nec ullum haberent actum sive internum sive extenum; unde cognitio huius beneficiæ propriissimè est actus religionis.

Porro duplicem habet religio in homine utpote ex animâ intellectuali & corpore consistente actû cultum videlicet interiorem & exteriorem, in Angelis verò utpote purè intellectualibus est solus actus religionis sive cultus interior nec hinc deest Angelis vera religionis virtus: cum enim agnoscant clarè Deum esse primum & universalissimum omnium entium creatorum, & inter ea excellentissimorum entium, quæ sunt ipsi Angeli, principium, supremam ejus Majestatem & excellentiam congruè æstimant, agnoscuntque se ex seipsis nihil esse, nihil posse, sed in omni suâ perfectione dependere ab hoc supremo principio, eidem se totos & totaliter subjiciunt eandem dependentiam recognoscentes, & consequenter Deum religionis actibus verè colunt.

DICO 2. *Duo in religione considerantur: unum quidem, quod religio Deo affert, scilicet cultus, & hoc se habet per modum materiae & objecti ad religionem: aliud autem est id, cui affertur, scilicet Deus, cui cultus exhibetur.* S. Th. hic Q. 81 a. 5. O.

Ima Pars probatur: Illud, in quod per se & ratione sui tendit religio, est materia & objectum religionis; sed in cultum Deo debitum per se & ratione sui tendit religio, ità ut ipse cultus debitus Deo sit materiale, in quo videlicet subjicitur honestas recognitionis, tanquam formale, & quia actus illi, quibus Deus colitur, circa quaslibet res creatas versari possunt, assumendo illas in Dei cultum, hinc remota materia sive objectum materiale remotum religionis sunt omnes res creatæ, quæ Deo tanquam primo rerum omnium principio in obsequium exhiberi possunt. Proxima verò materia sunt ipsi actus, quibus Deo exhibentur

& motivum sive formale objectum est honestas, quæ est in obligatione recognoscendi Deum tanquam primum rerum omnium principium; quia enim Deus est primum rerum omnium principium, à quo omne, quod est, habet suum esse participatum; hinc est in eo Jus activum, ut omnia in ipsum tanquam primum principium referantur, quod Jus in creatura intellectuali fundat debitum omnia in Deum ut primum principium referendi; atqui tale debitum fundat aliquam virtutem & non aliam quam virtutem religionis, ergo tale debitum est formale specificativum religionis.

Quod si dicas: motivum religionis est existimatio de Deo habenda; quia illud est motivum religionis propter quod cultus Deo debitus exhibetur; atqui propter habendam existimationem de Deo, quæ est ipsa Dei gloria, talis cultus Deo exhibetur; ergo.

R. Negando ass. ad probationem distinguitur major, illud est motivum religionis, propter quod tanquam excitativum actus religionis vel tanquam finem extrinsecum Deo cultus debitus exhibetur N. tanquam specificativum religionis & tanquam finem intrinsecum Con. talis autem existimatio excitanda, non est nisi finis extrinsecus & operantis, præcipuè cum formale motivum religionis utpote virtutis moralis debeat pertinere ad voluntatem, existimatio autem pertinet ad intellectum.

2da Pars probatur: Illud est objectum cui virtutis, quæ non est ad seipsum videlicet ad moderandas passiones, sicut temperantia & fortitudo, sed ad alterum, qualis est religio, quod est subjectum, ad quod actus virtutis ordinatur, sicut objectum cui iustitiæ est proximus, cui per actus iustitiæ redditur æquale; sed Deus est subjectum cui cultus debitus exhibetur, ut ex dictis patet; ergo Deus est objectum cui religionis.

DICO

De
DICO
est virtus
ima
Deum ut
Disp. 1. se
enim pert
ea, quæ
2da P
unum,
est objec
cui offer
est intell
verum,
cultum,
tatem atti
Nec ob
proximum
quod hon
me specific
lectiã. U
pua; quia
ad finem,
prestantior
nempe Deu
tur ea quæ
ordinum.
Ex his in
ma virtus; q
le & omnia
est una spec
jecta sub u
verentiam
nempe: u
bernationi
ducit.
2.2. Th

DICO 3. *Religio non est virtus Theologica. . . sed est virtus moralis.* S. Th. hic Q. 81. a. 5. O.

1ma Pars probatur : Virtus Theologica respicit Deum ut objectum quod & quo ex dictis hâc parte Disp. 1. sed religio non respicit Deum ut objectum: non enim perficit creaturam, ut attingat Deum in se, sed ea, quæ sunt ad colendum Deum.

2da Pars probatur : Quia in religione duo sunt: unum, quod religio offert Deo: nempe cultus, qui est objectum materiale religionis, alterum est Deus, cui offertur cultus; atqui ex his duobus capitibus non est intellectualis, quæ perficit intellectum in ordine ad verum, sed voluntatem in ordine ad dandum debitum cultum, quod est bonum aliquod creatum per voluntatem attingibile. Ergo est virtus moralis.

Nec obest : Quod S. Th. dicat Deum esse finem proximum religionis, hoc enim ita intelligendum est, quod honor & gloria Deo debita immediatè & proximè specificetur ex Dei creatoris supereminentali excellentiâ. Undè religio est inter morales virtutes præcipua; quia cum virtutes morales verentur circa media ad finem, illæ quæ propiùs accedunt ad finem, sunt præstantiores; sed religio propiùs accedit ad finem nempe Deum, quam aliæ virtutes morales, quia operatur ea quæ directè & immediatè ordinantur in bonum divinum.

Ex his inferetur 1. Quod religio sit una specie infima virtus: quia virtus respiciens unum objectum formale & omnia objecta materialia sub unâ ratione formali est una specie infima; atqui religio respicit omnia objecta sub unâ ratione formali; quia religio respicit reverentiam Deo uni debitam secundum unam rationem, nempe: ut est primum principium creationis & gubernationis rerum & ad hanc omnes suos actus reducit.

2.2. *Theol. Schol. Pars pester.*

X

Di-

Dices 1. Juxta dicta debitum morale est specificativum religionis, sed est diversum debitum in religione: quia est aliud debitum ex pacto, aliud ex promisso, aliud ex beneficio accepto, aliud ex vj solius excellentiæ Dei, ergo est diversa specie virtus in illis debitis fundata: ita ut in debito ex pacto fundetur justitia, in debito ex promissione fidelitas, debitum ex beneficio respiciat gratitudo; & debitum ob excellentiam observantia; ergo virtus religionis in diversas species subdividitur.

Confirmatur diversitas debitorum fundat distinctionem inter pœnitentiam & religionem, ergo etiam fundabit distinctionem in ipsâ religione.

R. Hæc omnia debita formaliter spectata fundari in titulo creationis complectentis omne illud, quod extra Deum est, licet inter homines, in quibus non est nisi limitata communicatio, ea fundet diversitatem horum debitorum, in Deo tamen, cujus erga homines communicatio subsistit unicè ex illimitato creationis titulo, fundat unicum formale debitum sine ullâ specificâ diversitate.

Ad confirmationem *R.* Quod debitum pœnitentiæ & religionis sit formaliter diversum; pœnitentia etiam fundatur in debito reparandi Jus divinum læsum, quod est formaliter diversum à debito referendi omnia in Deum ut primum rerum omnium principium.

Dices 2. Actus religionis sunt specie diversi ob specificam objectorum diversitatem videlicet: votum, sacrificium, oratio &c. ergo his actibus etiam respondebunt diversi habitus.

R. Negando consequent, quia actus religionis comparative ad invicem specie distinguuntur cum propter limitationem non totam rationem formalem habitus adæquent, verum comparative ad habitum religionis non formaliter sed materialiter hi actus sunt diversi: cuj

De
cum sub

Infer

enim ord
distincta;

ad exhibe

nor vero l

in quan

dum exce

Obj.

dem Sa

sed imp

R. S

dam spec

abstracta

S. D. No

quidem m

mitatem

que legib

de & dici

tum, ut

quia mens

undè ut su

inferiorib

mens Deo

pio, que

Obj. 2.

virtum act

est virtus s

R. Di

gionem ta

num, sic

imperati i

minus virt

Obj. 3.

ligiosè col

cum sub eodem motivo colendi Deum procedant.

Infertur 2. Quod religio sit virtus specialis; virtus enim ordinata ad bonum speciale est specialis & ab aliis distincta; sed religio ordinatur ad bonum speciale nempe ad exhibendum Deo debitum cultum & honorem, honor vero Deo debitus est ratione specialis excellentiæ, in quantum transcendit omnia secundum omnimodum excessum, consequenter est honor maximè specialis.

Obj. 1. Juxta S. Th. hic Q. 81. a. 8. religio est eadem Sanctitati, sed Sanctitas non est virtus specialis sed importat omnem virtutem, ergo.

R. S. Th. intelligendum esse de Sanctitate quâdam speciali, quâ mens hominum à rebus mundanis abstracta Deo firmiter applicatur; ut enim discurrens S. D. *Nomen Sanctitatis duo videtur importare, uno quidem modo munditiam . . . alio modo importat firmitatem, undè apud antiquos Sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, ut violari non deberent, unde & dicitur aliquid esse Sancitum, quia est lege firmatum, utrumque ad religionem pertinet, munditia: quia mens immixta rebus inferioribus fit immunda, undè ut supremæ rei possit conjungi, oportet eam ab inferioribus rebus abstrahi; deinde firmitas: quia mens Deo applicatur, ut ultimo fini & primo principio, quæ maximè sunt immobilia.*

Obj. 2. Juxta S. Jacobum in Epist. cap. 1. omnium virtutum actus pertinent ad religionem ergo religio non est virtus specialis, sed generalis.

R. Distinguendo omnium actus pertinent ad religionem tanquam imperati in ordine ad honorem divinum, sicut pertinent ad justitiam legalem tanquam imperati in ordine ad bonum commune, quæ nihilominus virtus specialis est Con tanquam elicitæ N.

Obj. 3. Sancti juxta dicta Disp. VIII. Q. II. sunt religiosè colendi; sed non per eandem virtutem, quâ

colitur Deus, ergo per virtutem distinctam; atqui sancti coluntur per religionem: quia coluntur religiosè, ergo religio in plures species dividitur.

R. Negando mi. subl. sancti enim coluntur cultu distincto à virtute dulciæ procedente, quæ respicit excellentiam supernaturalem sancto propriam & à Deo participatam si cultus talis ad ipsos immediatè dirigatur: quia propter excellentiam ipsis inexistentem licet à Deo participatam infinitè inferiorem excellentiâ Dei coluntur; si vero quis colat in sanctis Deum non solum tanquam finem ad quem talis cultus refertur, sed etiam tanquam causam formalem colendi sanctos, ita ut in recto de formali divina excellentia, excellentia vero propria sanctorum in obliquo & de materiali respiciatur, quod fieri potest, tunc eadem virtute coluntur sancti tanquam objectum minus principale & Secundarium & Deus tanquam objectum principale & primarium; sicut fit, si in assumptione alicujus medii principaliter & in recto & de formali attendatur ratio finis, medium vero ipsum tantum in obliquo & de materiali consideretur.

QUÆSTIO II.

*Quinam actus interni & externi religionis,
an & quando obligent?*

DICO 1. Religio habet quidem interiores actus quasi principales & per se ad religionem pertinentes: exteriores verò actus, quasi secundarios & ad interiores actus ordinatos. S. Th. hic Q. 81. a. 7. O.

Explicatur & probatur: Ratione S. Th. Deo exhibemus honorem ac reverentiam non propter se ipsum, quasi ipsa indigeat, quia ex se ipso est gloria planus, cui nihil à creaturâ adjici potest, sed propter nos, quia videl. per hoc, quod eum revereamur & honoremus, mens nostra ei subjicitur, & in hoc ejus perfectio consistit,

De
sistit, sed
teriores
ter actu
uri, ut
retur ad
deinde h
ma & in
sensitive
que sub
cipio,
vum co
teriore
Obj.
gionis a
Deus;
tate opor
à vetere
exigeret
Deus.

R. A
cultum D
& signific
rem, cujus
fit: opor
qualis est
Ad 2.
ternæ plu
omnes n
ceptæ cæ
Christus
22. v. 4:
Hymno
Act. 7. E
orantur i

sistit, sed mens nostra ad Deum manuducitur per res exteriores & sensibiles, ergo ad religionem pertinet præter actus internos & spirituales aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo conjungitur, deinde homo constat duabus partibus corpore & anima & in ipsâ animâ est duplex facultas intellectiva & sensitiva, igitur conveniens est ut secundum utramque subjiciatur Deo velut primo rerum omnium principio, ut ita cor & caro nostra exultent in Deum vivum colatque homo intelligibiliter Deum per actus interiores & sensibilibiter per actus exteriores.

Obj. Joan. 4. videtur Christus solus interiores religionis actus requirere dum v. 24. inquit: *Spiritus est Deus; & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.* Deinde in hoc differt Lex nova à veteri, quod vetus plurimas externas Cæremonias exigeret, in novâ verò Spiritualiter colendus sit Deus.

R. Ad 1. quod Christus his verbis non sustulerit cultum Dei externum, sed magis requisiverit internum & significare voluerit magis respiciendum ad interiorum, cujus exterior sit signum excitativum, ut sensus sit: oportet adorare Deum cultu Spirituali & vero, qualis est exterior simul cum interiore conjunctus.

Ad 2. cessarunt quidem veteris legis cæremoniæ externæ plures & divina jure determinatæ, non verò omnes naturali lumine dictatæ vel humanâ lege præceptæ cæremoniæ in lege novâ cessare debent, cum Christus ipse exteriores religionis actus exercuerit Luc. 22. v. 42. *Positis genibus orabat.* Matth. 26 v. 30. *Hymno dicto exierunt in montem oliveti* Stephanus Act. 7. Petrus Act. 9. Paulus Act. 20. *Positis genibus orarunt ipse quoque Paulus* 1. ad Timot. 2. cultum Dei

exteriorem approbat dicens v. 8. *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus.*

Enumerantur autem actus religionis interni *Devotio* & *Oratio*, externi, *Adoratio* per quam aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet, *Oblatio* quâ Deo res exteriores offeruntur in sacrificiis, decimis &c. & tandem assumptio eorum, quæ Dei sunt, ut *votum*, *juramentum*, *adjuratio* & *laudes Dei*; hujus enumerationis convenientia breviter ostenditur: quia in omnibus his actibus præferimus & testamur summam animi demissionem & subjectionem creaturæ intellectualis ad Deum ut primum creationis & gubernationis rerum principium: nam *devotio* importat promptam voluntatem ad exequenda ea, quæ pertinent ad divinum cultum seu famulatum, *Oratio* reverentiam Deo exhibet, in quantum homo per eam Deo se subicit & profiterur orando se eo indigere sicut auctore suorum bonorum. *Adoratio* ordinatur ad reverentiam ejusdem Dei sicut & oblatio sacrificii & decimarum per quam agnoscitur esse Dominus supremus vitæ & mortis, *votum* est ordinatio quædam eorum, quæ quis vovet in divinum cultum seu obsequium. *Juramentum* faterur Dei veritatem indefectibilem & cognitionem universalem esse, *adjuratio* in nomine Dei tanquam supremi Domini alios ordinat ad aliquid agendum, superiores quidem deprecando, inferiores autem imperando, tandem laus & gratiarum actio vocalis maximam Deo exhibent reverentiam, ergo omnes hi actus sunt à religione elicitæ, vel quia ab illâ immediatè eliciuntur quoad substantiam, vel saltem quoad moralitatem, quia non habent rationem virtutis nisi ut à religione procedunt, quando scilicet, non habent aliundè laudem, nisi ut ad honorem Dei relati.

Dices:

De Ri

Dices:

cedunt: ut non possunt deberet esse cum virtus e actus elicitu

R. Neg habitum de quo ad ph tatis Con

Si dica à virtute i

Contra non sufficit sed quantur solum habe verò ab alie sit à volum quoad ratic men quoad virtus huic i

DICO: quod homo a quod hac deo distamine r ris divini v

Prima P honor non pore, sed lumine cog cellentiam, tum Deo, mus & he submissio rencia in sa

Dices : Plures horum actuum vel ab intellectu procedunt : ut oratio , vel ab exterioribus potentiis , ergo non possunt esse elicti à Religione ; quia aliàs Religio deberet esse in eadem potentia , in quâ sunt illi actus : cum virtus eliciens sit in eâdem potentiâ , in quâ est actus elicitus.

R. Negando consequentiam ad probationem dico : habitum debere esse in eâdem potentiâ in quâ est actus quo ad physicam entitatem N. quoad speciem moralitatis Con.

Si dicas : hoc nihil aliud esse quam actum illum esse à virtute imperatum.

Contra est : ut actus sit imperatus alicujus virtutis , non sufficit , quod sit imperatus quomodocunque , sed quantum ad speciem , quando videl. ab imperante solum habet ordinationem ad aliquem finem , speciem verò ab alio principio , licet ergo actus corporalis non sit à voluntate & consequenter à virtute Religionis quoad rationem corporeitatis & naturalitatis , bene tamen quoad speciem moralem , quam illi voluntas & virtus huic inexistentis præbet effectivè.

DICO 2. De dictamine rationis naturalis est , quod homo aliqua faciat ad reverentiam divinam : sed quod hac determinatè faciat vel illa , istud non est de dictamine rationis naturalis ; sed de institutione juris divini vel humani S. Th. hic Q. 81. A. 2. ad 3.

Prima Pars probatur : cuilibet excellentiæ debetur honor non quidem determinato modo , loco & tempore , sed indeterminatè exhibendus ; atqui naturali lumine cognoscimus summam & infinitam esse Dei excellentiam , ergò eodem lumine cognoscimus esse debitum Deo , ut aliquo modo eandem excellentiam colamus & honoremus interiorem & exteriorem eidem submissionem exhibeamus , quo pertinent passim occurrentia in sacrâ Scripturâ præcepta : Ps. 28. v. 2. *Af-*

ferre Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorare Dominum in atrio sancto eius. Pl 2. v. 11. Servite Domino in timore & exultate ei cum tremore Matth. 4. v. 10. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies.

Secunda Pars probatur: Modus, quo Deus colendus est & circumstantiæ temporis non sunt determinatæ ex naturâ rei; ergo determinari debent per jus positivum sive divinum, quo v.g. Deus coli voluit à nobis per sacrificium corporis & sanguinis sui; sive humanum, quod designavit tempus videlicet dies dominicos & festivos aliasque circumstantias, in quibus coli debeat Deus. De quibus latius in decursu agetur.

Q U Æ S T I O III.

De oratione & requisitis, de adoratione ejusque actibus.

O Ratio ad eò Christiano homini necessaria est, ut quasi continua exigere videatur ita Eccl. 18. v. 22. *Non impediaris orare semper Luc. 18. v. 1. Oportet semper orare & non deficere ad Ephes 6. v. 18. Orantes omni tempore I. ad Thessalon. 5. v. 17. Sine intermissione orate.* Quæ quidem hoc sensu accipienda non sunt, quasi omissis quibuscunque aliis vitæ humanæ occupationibus continuò orationi sit insistendum, attamen indicant valde frequenter esse orandum & quidem ad orationem obligatio passim statuitur ab autoribus in sequentibus casibus 1. in evidenti periculo mortis, maximè quando quis judicat se esse in peccato mortali, tunc enim est maxima necessitas orandi ad obtinendam veniam peccatorum & ad consequendum divinum auxilium pro felici transitu de hâc in aliam vitam. 2. Quando urget gravis & periculosa tentatio, tunc maximè est implorandum divinum auxilium. 3. Quando quis existens in peccato mortali debet ad-

mi-

De E
ministrare
ritur statu
suorum pe
v.g. omitt
cum prop
debeat eff
serm. 230
de terrestr
visibilium
potest: c
ipso imp
difficulta
vel volun
in oratione
5. Quæna
DICO
hic Q. 83.
Probat.
pro aliquo
est talis inte
tur: quia
ad voluntate
si de actu in
lectus non
non tantum
aliquo mod
do inferiori
efficaciter in
niores vel æ
tionem ad
actus intell
est actus in
quia præ(u
illius, que
fiderium et

ministrare vel suscipere Sacramentum, ad quod requiritur status gratiæ, tunc enim debet petere veniam suorum peccatorum, ex quibus inferitur, quod diu v.g. omittens orationem reus sit peccati omissionis; cum propter frequentes tentationes frequens quoque debeat esse oratio. Describitur autem oratio à S. Aug. serm. 230. de temp. *Quid orationis ascensio anima de terrestribus ad caelestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium.* Ex S. Th. hic Q. 83. definiti potest: desiderii coram Deo explicatio, ut aliquid ab ipso impetremus; de hæc resolvendæ sunt sequentes difficultates. 1. An formaliter sit actus intellectus vel voluntatis. 2. Quis sit orandus. 3. Quænam in oratione petenda. 4. Pro quibus sit orandum. 5. Quænam condiciones ad orationem requirantur.

DICO I. *Oratio... est rationis actus.* S. Th. hic Q. 83. A. 1. O.

Probatur: Locutio interna & ordinatio ad Deum pro aliquo obtinendo est actus intellectus, sed oratio est talis interna locutio & ordinatio, ergo; maj. probatur: quia verbum mentis producere & ordinare non ad voluntatem, sed ad intellectum pertinet, ut in simili de actu imperii alibi dicitur: est autem actus intellectus non speculativi sed practici; quia intellectus non tantum apprehendens verum sed etiam causans aliquo modo vel efficaciter imperando videl. non modo inferioribus potentiis sed etiam hominibus, vel inefficaciter inducendo solummodo & disponendo superiores vel æquales ad effectum producendum per petitionem ad ipsos directam est practicus; sed oratio est actus intellectus hoc secundo modo causativi. Ergo est actus intellectus practici formaliter, quod addo: quia præsupponit actum voluntatis videlicet desiderium illius, quod quis obtinere nititur orando, quod desiderium est actus voluntatis, & hoc solum probatur

ex Textu suprâ allegato S. August. in quo oratio dicitur desiderium invisibile; nempe eo sensu quo S. Th. l. cit. ad 1. explicat illud Psalmi 9. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus*: dicens: *desiderium pauperum dicitur Dominus exaudire: vel quia desiderium est causa petendi, cum petitio quodammodo sit desiderii interpres, vel hoc dicitur ad ostendendam exauditionis velocitatem*, propter hunc actum præsuppositum etiam oratio est actus spei, non quidem elicitus sed imperatus & ab illâ directus, est verò actus elicitus Religionis: cum non habeat aliundè bonitatem ac laudem, nisi quia fit ad cultum Deo exhibendum, & licet ipse orans non cogitet actu formaliter & explicitè de Deo honorando, sed tantum de aliquo impetrando, sufficit tamen, quod actus orationis ex sua natura sit ordinatus ad cultum & honorem Dei, ac proindè, quod orans cogitet virtualiter de Deo honorando, ad hoc ut oratio dicatur esse actus Religionis.

Obj. 1. Locutio interna est actus voluntatis, atqui oratio mentalis est locutio interna, ergo est actus voluntatis. Probat. maj. ex S. Th. 1. P. Q. 107. A. 1. O. ubi de locutione Angelorum dicit: *ex hoc, quod conceptus mentis Angelica ordinatur ad manifestandum alteri, per voluntatem ipsius Angeli, conceptus mentis unius Angeli innotescit alteri.*

R. Mentem S. Th. loc. cit. satis manifestam esse, cum dicat locutionem Angeli consistere in intellectuali operatione, ergo cum dicit Angelum loqui per voluntatem ordinantem, intelligi debet, quod per voluntatem locutio fiat originaliter & præsuppositivè non formaliter, sicut imperium, licet substantialiter sit in intellectu, dicitur fieri à voluntate tanquam primo movente.

Obj. 2. Oratio est ad alterum utpote illi manifestans suum

De Re
suum deside
nrio, non
lectus sibi
sed ad volen
re. Cogn
seipsum Cot
Oratio verò
motive vo
Obj. 3.
nem ad ips
locutio,
re. Ne
locutio ad
manifestem
ipsum fieri c
Quatuor
1. partes
sacra contes
libera nos
est ascensus
Deo petendi
nientium pet
tunt postula
cant supplica
Jois 11. Ec
ant insinuat
petendi ex
grata memo
DICO 2
modo quasi
ipsum impe
nem porrig
tionem San
83. A. 4. in
suum

suum desiderium; sed actus intellectus, cum sit cognitio, non est ad alterum, sed ad seipsum, quâ intellectus sibi non alteri loquitur, ergo non ad intellectum sed ad voluntatem formaliter pertinet oratio.

R. Cognitio quatenus purè ab intellectu exit est ad seipsum Con. prout supponit motionem voluntatis N. Oratio verò, sicut dictum, est ab intellectu suppositâ motione voluntatis.

Obj. 3. Deo manifestum est id, quod per orationem ad ipsum ordinatur, ergo non requiritur aliqua locutio.

R. Negando consequentiam: non enim fit nostra locutio ad Deum, ut ipsi aliquid tanquam ignotum manifestemus, sed ut ordinemus ad ipsum, quod per ipsum fieri cupimus.

Quatuor assignantur ab Apost. 1. ad Timoth. 2. v. 1. partes orationis: nempe *obsecratio*, quæ est per sacra contestatio, ut cum dicimus: per nativitatem tuam libera nos Domine. *Oratio* specialiter dicta, quæ est ascensus mentis in Deum, qui primo ad aliquod à Deo petendum requiritur. *Postulatio* quæ est convenientium petitio vel determinatè, quam propriè dicunt postulationem, vel indeterminatè, quam vocant supplicationem sive facta narrando secundum illud Jois 11. *Ecce quem amas infirmatur*. Et hanc appellant insinuationem; *gratiarum actio* qua motivum impetrandi ex parte petentis nempe de acceptis beneficiis grata memoria allegatur.

DICO 2. *Oratio porrigitur alicui dupliciter uno modo quasi per ipsum implenda. Alio modo sicut per ipsum impetranda: primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus. . . sed secundo modo porrigimus orationem Sanctis, Angelis & hominibus. S. Th. hic Q. 83. A. 4. in O.*

Prima Pars probatur : Deus statuit concedere auxilia suæ gratiæ mediante oratione saltem ut plurimum, ergo cum auxilia illa ad salutem necessaria sint, illa quoque à Deo sunt petenda. Ità Matth. 17. Christus aliquod genus dæmoniorum dixit non ejici nisi per orationem & jejunium & Ps. 105. exterminasset Deus peccaminosos Israelitas nisi Moy- ses orasset & dixit, *ut disperderet eos, si non Moy- ses electus ejus stetisset in confractio- ne in conspectu ejus, ut averteret iram ejus* & S. Aug. de dono perseverantia cap. 16. *sunt qui propterea vel non orant vel frigide orant, quoniam domino dicente didicerunt scire Deum, quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo... imo cum constet Deum alia danda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus preparasse, sicut ad finem perseverantiam.*

Secunda Pars probatur 1. *authoritate S. Scripturae*, in qua fit frequens mentio de invocatione Sanctorum tanquam de re laudabili, vel de oratione eorum pro nobis, vel de eorum juvamine offerentium preces & desideria nostra Deo. Ità Jacob benedicens filiis Joseph Ephraim & Manasse invocabat Angelum Gen. 48. v. 16. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis; & vivi homines Deo grati rogati referuntur, ut pro aliis intercederent Jerem. 42. v. 20. vos misistis me ad dominum Deum nostrum dicentes: ora pro nobis ad dominum Deum nostrum Baruch 1. v. 11. orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis & pro vita Bal- thasar filii ejus v. 13. & pro nobis ipsis orate ad dominum Deum nostrum Job. ult. v. 8. dicit Deus amicis Job. Ite ad servum meum Job... Job autem servus meus orabit pro vobis* petit quoque orationes vivorum Apostolus Rom. 15. v. 30. *Obsecro vos fratres... ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum* similiter

De Re
similiter C
viventibus
cor non à
2. Auth
tina quam
Sanctos ap
invocatio
tiquissimæ
iuvocat, v
esse Sanct
pro homin
supplicite
per filium
solus nosse
nem opem a
3. Aut
tur ex anti
baver. t Sa
qui Q. 10
rubicatis i
tis, quoru
pulis sui & l
Sic ergo ex
tionibus del
Commenda
nim nunc e
4. prob
mum nob
gruè orat
Dei, qui
fienim vi
quanto m
Obj. 1
ignorant
10. Abrab

similiter Coloss. 4. v. 3. Hebr. 13. v. 18. si ergo à viventibus meritò petamus, ut pro nobis orent, cur non à beatis?

2. Authoritate conciliorum quæ in Ecclesia tam latina quam græca semper hanc consuetudinem orandi Sanctos approbarunt & commendarunt, & ad hanc invocationem sunt instituta Litanix, quæ sunt antiquissimæ. Novissimè Trident. Synodus sess. 24. de iuocat. vener. & reliq. Sanct. mandat docendum esse *Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile esse eos suppliciter invocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Jesum Christum dominum nostrum, qui solus noster redemptor & salvator est ad eorum orationem opem auxiliumque confugere.*

3. Authoritate SS. PP. vix enim unus invenitur ex antiquissimis, qui non laudaverit & approbaverit Sanctorum invocationem, sufficiat S. Aug. qui Q. 108. in Exod. tom. 4. de pellibus arietinis rubricatis ita: *significantur his etiam Martyres Sancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi sui & Ierm. 1. de S. Stephano in fine Tom. 10. Sic ergo exauditus est Sanctus Stephanus, ut ejus orationibus deleteretur peccatum, quod commiserat Saulus. Commendemus ergo nos orationibus ejus; multò magis enim nunc exauditur pro bene oratoribus suis.*

4. probatur ratione: Dei amicos, qui plurimum nobis possunt suis precibus prodesse, congruè oramus; atqui Sancti sunt amici & domestici Dei, qui possunt plurimum suis precibus prodesse: si enim viatores se possint mutuis precibus juvare, quanto magis Sancti.

Obj. 1. Sanctos superflue & inutiliter oramus, ignorant enim preces nostras juxtà illud Isaïæ 63. v. 10. Abraham nescivis nos & Israel ignoravit nos, tu domine

domine pater noster, redemptor noster, nec expediret Sanctis revelari miseriae nostras, quia illarum beatitudinem turbarent.

R. Sanctos videre in verbo omnes preces nostras à nobis ad ipsos directas, textus vero S. Scripturae juxta S. Hieronymum intelligendus est de scientia approbationis, ita ut nescire & ignorare idem sit ac reprobare & rejicere facta populi illius, deinde cognitio miseriarum nostrarum non turbat beatitudinem Sanctorum: quia videntes rectissimum & justissimum ordinem divinae providentiae, quo miseriae nostrae diriguntur ad majorem Dei gloriam & nostram salutem, maxime electorum, non illis turbantur, cum sint divinae voluntati maxime conformes.

Obj. 2. Unus est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus I. Timoth. 2 v. 5. unde I. Joan. 2. v. 1. dicitur *advocatum habemus apud patrem Jesum Christum justum.*

R. Unus est mediator Dei & hominum & consequenter advocatus principalis, Sancti vero sunt mediatores & advocati minus principales.

Obj. 3. Qui recurrit ad Sanctos ad aliquid obtinendum à Deo, diffidit de bonitate Dei & consequenter facit injuriam Deo, prohibet etiam Deus, ne quis serviat Diis alienis Deuter 17. v. 3. cui contrarius esse videtur cultus Sanctorum.

R. Negando ass. ideo enim recurritur ad Sanctos tanquam ad mediatores secundarios, ut ex affectu humilitatis, qua recurrens judicat se indignum comparere immediatè coram Deo, & ex affectu reverentiae in Sanctos tanquam Dei amicos mereatur obtinere id, quod simplice prece non obtineret, maxime quia Deus praecipit Sanctos suos honorare, cum in Sanctorum suorum honoribus ho-

noretur

De Ra
noretur,
tercessione
ut ipsa co
obstat, ne
Dei amico
alio longè
DICO.
lenti non p
mar & q
Sancti ora
O. live
principal
ditionatè
Probata
in oration
atque salut
secundariè
petere Ch
oratio do
etiam ordi
eadem, q
quod prim
ea, quae su
in quem no
dem modo
tem modo
& ideo pri
men Dei,
vero petiti
mus frui
nos aliqui
dem nos i
ejus conse
est utile di
beatitudin

noretur, & propterea diversorum Sanctorum intercessionem instituit ad diversa beneficia obtinenda, ut ipsa constat experientia. Textus allegatus non obstat, non enim colimus Sanctos ut Deos sed ut Dei amicos, non cultu latriæ, soli Deo debito, sed alio longè inferiore.

DICO. 3. *sunt quedam bona, quibus homo male uti non potest . . . hæc autem sunt, quibus beatificamur & quibus beatitudinem meremur: quæ quidem Sancti orando absolutè petunt* S. Th. hic Q. 83. A. 5. O. sive spiritualia salutis nostræ bona absolutè & principaliter, temporalia verò secundariò & conditionatè in oratione à Deo petere debemus.

Probatur: convenienter à Deo petuntur, quæ in oratione dominica petere Christus nos docuit; atque salutis bona spiritualia absolutè & temporalia secundariò & conditionatè in oratione dominica petere Christus nos docuit, ergo. probatur. Miratio dominica docet non tantum postulare, sed etiam ordinem postulandi, postulare enim debemus eadem, quæ & desiderare, manifestum est autem, quod primo desiderare debeamus finem, deinde ea, quæ sunt ad finem, finis autem noster est Deus, in quem noster affectus tendit dupliciter, uno quidem modo, prout volumus gloriam Dei, alio autem modo secundum quod volumus frui gloriâ Dei, & ideo prima petitio ponitur, ut sanctificetur nomen Dei, sic enim petimus gloriam Dei, secunda vero petitio, ut adveniat regnum Dei, quâ petimus frui gloriâ Dei. Ad hunc vero finem ordinat nos aliquid vel per se vel per accidens, per se quidem nos in finem ordinat bonum, quod est utile ad ejus consecutionem, & hoc est duplex. Primum est utile directè & principaliter, scil. meritum, quo beatitudinem meremur, Deo obediendo, & quan-

tum

tum ad hoc ponitur, tertia petitio, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Secundum instrumentaliter & quasi coadjuvans nos ad merendum, & ad hoc pertinet quarta petitio, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, sive hoc intelligatur de pane Sacramentali, cujus usus quotidianus proficit homini, in quo etiam intelliguntur omnia Sacramenta, sive intelligatur de pane corporali, ut per panem intelligatur victus, quia & Eucharistia est præcipuum Sacramentum & panis præcipuus cibus, imò tota vitæ tam corporalis, quam spiritualis sufficientia, non tantum in cibo & potu, sed in ipsa vita, corporis & animi integritate, vestitu, habitatione, amicitia, tranquillitate consistens nomine panis quotidiani petitur, per accidens porro ordinamur ad beatitudinem per remotionem prohibentis; tria autem sunt quæ nos a beatitudine prohibent, imprimis quidem peccatum, quod directè excludit à regno Dei, & ad hoc pertinet quinta petitio, dimitte nobis debita nostra: Deinde tentatio prohibet nos à beatitudine, quia nos impedit, ne divinam voluntatem observemus, & ad hoc pertinet sexta petitio, & ne nos &c. qua non petimus, ut non tentemur, sed ut à tentatione non vincamur, quod est in tentationem induci. Denique pœnalitas etiam præsens à regno Dei saltem indirectè nos arceat, quæ nempe vitæ sufficientiam impedit, & quantum ad hoc dicitur in septima petitione: libera nos à malo. Ex quo

Inferes primo: optimam precandi formam esse orationem dominicam, quippe quæ aliis antecellit, ob authorem, qui est Christus dominus, eam in evangelio docens; ob brevitatem; quia complectitur paucis verbis, quid petere, & simul quid credere, sperare, diligere, quid agere, quid fugere debeamus

De R
mus, ob
nora vid
na scilicet
gratissima
proprio fi
quia eam c
Inferes
Th. hic Q
principalis
sint petere
ut sunt qu
cula, qu
DICO
S. Th. hic
Ratio est
aliis debent
re debemus
mo inimici
tionis, c
videantur
inimicorum
DICO.
tentio ad
monis, quæ
vationem m
ratio nec m
Q. 83. A. 1
Prima pe
tentio quæ
attenditur
tenditur ac
ad finem or
eratur, quæ
tem ex par
tum existet
2.2. The

mus, ob ordinem, quia prioribus petitionibus digniora videlicet æterna, posterioribus minus digna scilicet temporalia petuntur, ob efficaciam: quia gratissima erit æterno patri oratio, quam verbis à proprio filio dictatis fundimus, ob necessitatem: quia eam omnes Christiani scire tenentur.

Inferes secundo: quod bona temporalia juxta S. Th. hic Q. 83. A. 6. non quidem ut præcipua & principalia bona, quorum possessione sumus beati, sint petenda à Deo, liceat tamen eadem petere, prout sunt quædam minus principalia bona & adminicula, quibus ad beatitudinem tendamus.

DICO 4. *Charitas hoc requirit ut pro aliis oremus.* S. Th. hic Q. 83. A. 7. in O.

Ratio est: illud orando debemus petere, quod aliis debemus desiderare, sed ex charitate desiderare debemus bona non solum nobis, sed etiam aliis, imo inimicis, hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impendere, ergo. videantur dicta in Disput. XV. Q. III. de dilectione inimicorum.

DICO. 5. *Non ex necessitate requiritur, quod attentio adsit orationi per totum, sed vis primæ intentionis, quâ aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam. si autem primæ intentio desit, oratio nec meritoria est, nec impetrativa.* S. Th. hic Q. 83. A. 13. O.

Prima pars explicatur & probatur: triplex est attentio quæ orationi vocali adhiberi potest, una, quâ attenditur ad verba debite proferenda, 2da quâ attenditur ad sensum verborum, 3tia quâ attenditur ad finem orationis scil. Deum, & ad rem pro quâ oratur, quam etiam habere possunt idiotæ, hæc autem ex parte objecti triplex attentio secundum modum existendi etiam triplex est, alia est *habituális*, quæ

est quædam animi propensio ad attentè & devotè orandum, & hæc ad orationem insufficientis est: quia non constituit actum in specie virtuosæ, unde qui solitus devotè orare, vocaliter totum pronuntiat sine ulla intentione & attentione, non dicitur reverà orare. Alia est *virtualis* quâ quis ex virtute primæ attentionis adhuc continuat orationem, licet indeliberatè & præter intentionem mente divagetur. Alia est *actualis* quâ quis exercitè volens Deum laudare verba orationis recitat, & hæc prima, licet sit optima, ad orationem tamen non est necessaria, ut oratio sit meritoria & impetratoria (licet ad percipiendam actualem refectionem & consolationem requiratur) quia non est homini possibile propter varias imaginationes mentem ad unius objecti considerationem constanter intentam habere; atqui attentio actualis per totum orationis decursum durans exigit omnes aliorum objectorum imaginationes esse exclusas, & mentem soli verborum orationis considerationi esse intentam; ergo talis attentio non requiritur.

Secunda pars probatur: omnis oratio meritoria & impetratoria est mentis in deum elevatio, atqui nisi vi primæ intentionis Deum orandi verba proferantur, non est mentis in Deum elevatio; ergo ad orationem ut sit meritoria & impetrativa, & si fundatur ex obligatione (de qua statim quoad horas canonicas) ut satisfiat obligationi, requiritur attentio virtualis, ut sine ea nequeat esse oratio non tantum mentalis, ut per se patet, sed etiam vocalis, ut de iis, qui voluntatem Deum orandi deponentes, & deliberatè mente divagantur dici debeat illud Matth. 15. v. 8. *populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.*

Q. 1. An oratio debeat esse vocalis?

R. Oratio communis id est: quæ per ministros Ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur, debet esse vocalis ex ordinatione Ecclesiæ, ut innotescat toti populo, cujus vice ac nomine profertur, quod non posset fieri, nisi esset vocalis, undè rationabiliter Ecclesia voluit tales orationes esse vocales, oratio vero singularis: id est, quæ offertur Deo à singulari personâ sive pro se sive pro alio orante, non necessario est vocalis, utiliter tamen jungitur vox ex triplici ratione. 1. Ad excitandam internam devotionem, quia per exteriora signa sive vocum sive etiam aliorum factorum movetur mens hominis secundum apprehensionem & per consequens secundum affectionem. 2. Ad redditionem debiti ut scil. homo serviat Deo secundum illud totum, quod ex Deo habet, id est non solum mente sed etiam corpore. 3. Ex quadam redundantia ab animo ad corpus ex vehementi affectione secundum illud Psal. 15. v. 9. *letatum est cor meum, & exultavit lingua mea.*

Q. 2. Ut oratio sit infallibiliter impetratoria, quid requiratur?

R. 1. Ut infallibiliter quis impetret, debet pro se petere, quia sicut non potest purus homo alteri gratiam de condigno mereri, ita non est certum, an infallibiliter impetrare possit alteri, si pro eo petat; sicut econtra certum est, quod subsistentibus reliquis conditionibus pro se petens infallibiliter impetret, licet sit probabile & à sacris litteris non adeo dissonum, quod quis etiam possit infallibiliter alteri quid impetrare. 2. debet petere necessaria vel utilia ad salutem, quia debet petere secundum voluntatem Christi, quæ autem non conducunt ad salutem, non petuntur secundum ejus vo-

luntatem

luntatem nec proinde in nomine Christi. 3. Debet petere piè, id est cum fide spe & charitate, ut constat de fide & spe ex illo Matth. 21. v. 21. *si habueritis fidem & non habistaveritis & monti huic dixeritis tolle, & iacta te in mare, fiet, & v. 22. omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* De charitate autem colligitur ex illo Joannis 15. v. 7. *si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis & fiet vobis,* manere autem in Christo contingit per charitatem & gratiam justificantem. 4. Debet petere perseveranter ut constat ex S. Script. Lucæ 18. v. 1. ad Rom. 12. v. 12. 1. ad Thessal. 5. v. 17. Jacobi 5. v. 13. & alibi.

Quoad alteram quæstionis partem.

Nota: adoratio aliquando sumitur generaliter pro quocumque actu venerativo excellentiæ sive sit civilis: quo sensu dicitur Gen. 23. v. 7. Abraham adorasse filios Heth tanquam dominos illius terræ. 3. Reg. 1. v. 16. Bethsabee adorasse davidem, sive sit spiritualis & supernaturalis à Deo participata, quo sensu Abraham & Loth adoraverunt Angelos. Verum hæc ad cultum dulix vel hyperdulix, prior autem ad observantiam civilem pertinet, specialiter vero accepta significat cultum, quo Deum, quem ut simpliciter & omni modo excellentissimum apprehendimus, veneramur vel interiorius vel etiam exteriori quodam signo. De hâc

DICO. 6. *adoratio principaliter quidem in interiori Dei reverentia consistit, secundario autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis* S. Th. hic Q. 84. A. 2. ad 2.

Prima Pars probatur: Adoratio est actus religionis, quo summam Dei excellentiam recognoscimus, ac profiteamur nos illi totaliter subjectos; arqui

De
atqui ut
noscim
eidem
exterior
cellenti
Dei exc
ctos tot
2da
dario,
agnosc
asumi
runtur
constat
adoratio
sistit in i
consistit
omnibu
ad id,
fit prop
corporal
subjiçian
per sensu
inquit S.
terior ad
spirituali
varia edi
affectum
tatem,
gemus a
nihil est
particip
eligimus
imò & c
citanda

atque interiori Dei reverentiâ, quâ intellectu cognoscimus infinitam Dei excellentiam, & voluntate eidem totaliter subjecti esse, omniaque nostra tam exteriora quam interiora subjiciendo ab eadem excellentia perfectè dependere volumus, eandem Dei excellentiam recognoscimus, ac nos illi subiectos totaliter profiteamur, ergo.

2da Pars probatur: In illo consistit adoratio secundariò, quod ratione alterius, ad quod ordinatur ad agnoscendam & profitendam infinitam Dei excellentiam assumitur; atque corporalia humilitatis signa referuntur ad interiorem reverentiâ, quia enim homo constat ex animâ spirituali & corpore sensibili duplicem adorationem Deo offert. nempe spiritualem, quæ consistit in interiori mentis devotione, & corporalem quæ consistit in exteriori corporis humiliatione; & quia in omnibus actibus patriæ, id quod exterius est, refertur ad id, quod interius est, ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, ut nempe per signa humilitatis corporaliter exhibita excitetur noster affectus, quo subjiciamus nos Deo, quia connaturale est nobis ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus ut hic loc. cit. inquit S. Th. qui etiam ad 1. ostendit, quomodo exterior adoratio fiat in Spiritu, in quantum scilicet illa ex spirituali devotione procedit & ad eam ordinatur, unde varia edimus signa ad significandum interiorem mentis affectum, genuflectendo profiteamur nostram infirmitatem, quâ in omnibus nostris actionibus divino indigemus auxilio, prosternendo fatemur nos ex nobis ipsis nihil esse, sed si quid sumus, id totum nos à Deo participare. Ob eandem rationem in adorando Deum eligimus certum locum, licet enim spirituali adorationi imò & corporali omnis locus aptus sit, attamen ad excitandam interiorem devotionem conveniunt homines

ad adorationem in certis locis Deo speciali ritu consecratis, quippe in eis varia sacra ad pietatem excitantia asservantur, fideles quoque convenientes ad majorem fervorem incitant, elegitque Deus templa consecrata specialiter ad tribuendos suæ beneficentiæ & bonitatis effectus secundum illud 2. Paralip 7. *Elegi locum istum mihi in domum sacrificii... oculi quoque mei erunt aperti & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit; elegi enim & sanctificavi locum istum.* Quod magis de templis in novâ lege, in quâ ipse sanctus sanctorum realiter sub speciebus Eucharisticis asservatur, verum est, quam de templo Salomonis, in quo solum figuræ exhibebantur. Assignat quoque S. Th. congruentiam adorandi conversis ad orientem vultibus, non superstitioso quodam ritu, quasi credatur illi modo adorandi singulare quid inesse, aut ipsi soli orienti more gentilium & priscillianistarum quædam exhibeatur inclinatio, sed tum ut majestatem divinam in præcipuâ parte cœli videlicet orientali recognoscamus, tum ut desiderium ad Paradisum redeundi, qui in oriente constitutus probabiliter asseritur, manifestemus. Tum ut intueamur Christum, qui respiciens occasum in cruce mortuus est & ab oriente veniet judicaturus orbem terræ secundum illud Matth. 24. v. 27. *Sicut fulgur exit ab oriente & paret usque in occidentem; ita erit & adventus Filii hominis, ipse quoque est sol justitiæ, lux mundi, Ecce vir oriens nomen ejus Zach. 6. v. 12.*

Q U Æ S T I O IV.

De horis Canonicis & obligatione.

Suppono: Officium divinum est forma laudandi Deum mente & voce per preces ab Ecclesiâ pro quâlibet die præscriptas, dividitur in septem partes seu horas, quæ à sacris Canonibus vocantur **Canonicæ**, nempe

De
nempe
primam
antemer
cio pom
DICC
Ecclesia
ideo oport
pro quo p
S. Th. l
Exp
dicarur
tur qui
ma
mil. lib
cas disti
vinum o
tum eis
vote, u
est sine S
Ex quib
ad officiu
hoc con
duo parti
comple
litate &
tio est a
exercitiu
tas est d
tur orati
borum
tur à De
expressa
minus r
ita, ut
otans v

nempe matutinum cum laudibus pro officio Nocturno, primam, tertiam, sextam, nonam, pro Officio antemeridiano, Vesperas & Completorium pro Officio pomeridiano.

DICO: *Communis oratio est, qua per ministros Ecclesie in personâ totius fidelis populi Deo offertur & ideo oportet, quod talis oratio innotescat toti populo, pro quo profertur, quod non posset fieri nisi esset vocalis.*
S. Th. hic Q. 83. a. 12. O.

Explico: Ad vocalem & attentam horarum Canonicarum recitationem ex approbato breviario obligatur quidam in Ecclesiâ Dei.

Ima Pars probatur: Ex cap. dolentes 9. de celebr. miss. lib. 3. tit. 41. in quo obligatis ad horas Canonicas districtè præcipitur in virtute obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus studiosè celebrent pariter & devotè, ubi gl. studiosè quantum ad officium oris, id est sine Syncopa, devotè quantum ad officium cordis. Ex quibus ad horas Canonicas obligati omnes voces ad officium pertinentes tenentur debitè proferre & in hoc consistit officium oris. Deinde officium cordis duo pertinentia tum ad intellectum tum ad voluntatem complectitur videlicet intentionem, quæ est in voluntate & attentionem, quæ est in intellectu, intentio est actus voluntatis, quo legens horas vult per tale exercitium lectionis Deum laudare, talis autem voluntas est de essentiâ orationis, in hoc enim distinguitur oratio vocalis à quâcunque aliâ pronuntiatione verborum, quod fiat ad laudem Dei vel ut aliquid petatur à Deo, non requiritur tamen intentio formalis & expressa orandi devotè, sed sufficit virtualis, multo minus requiritur intentio satisfaciendi suæ obligationi, ita, ut, qui inter legendum suum breviarium v. g. orans vesperti matutinum, proponit, mane sequenti

adhuc semel idem matutinum orare, ut obligationi suæ satisfaciatur, jam tum modo satisfecerit, nec obligetur mane idem matutinum repetere; attentio est actus intellectus advertens ad illud, quod agitur, estque interna & externa; externa in hoc consistit, quod orans absteineat ab omni actione externâ impossibili cum attentione internâ, quales actiones impossibiles sunt, quæ singularem mentis intentionem requirunt: ut legere, scribere, pingere &c. quæ verò talem intentionem non requirunt, sed cum superficiali quâdam attentione fieri possunt, ut induere aut exuere se vestibus non sunt impossibiles cum attentione internâ, attamen decens est, ut orationes, ad quas est obligatio, inter tales actiones non recitentur: cum faciliè reverentiam & attentionem minuant; attentio interna est advertentia vel applicatio intellectus ad hoc, quod recitatur, dividiturque in tres species juxta dicta Quæst. præcedenti, attentio externa juxta omnes requiritur & præter illam juxta probabiliorem etiam interna saltem superficialis vel ad verba debite proferranda: Ecclesia enim præcipiendo recitationem horarum Canoniarum præcipit veram orationem; atqui sine attentione internâ saltem virtuali sive proposito attendendi, quod omnes voluntarias distractiones excludat, non est vera oratio, quæ est mentis in Deum elevatio, igitur requiritur interna attentio sine quâ nulla in voluntate devotio esse potest. Quod declaratur à Trid. sess. 24. de refor. cap. 12. *Omnes... compellantur... in choro ad Psallendum instituto Hymnis & Canticis Dei nomen reverenter, distinctè, devoteque laudare*, ex quibus certum est quod recitantes horas Canonicas cum voluntariis animi evagationibus venialiter saltem peccent, an autem peccent graviter ac id, quod taliter recitarunt sint obligati repetere, in utramque partem disputant Theologi: proba-

De
probabi
notabile
eam, q
ris, cur
tur sub
lentes cit
& devot
atqui vol
nondum
recitatio
huc fac
tum est
gravi m
vem col
Licet aut
dum obl
tionibus
sub oblig
gravi, at
stringant
dicendo,
tè sunt i
distractè
& pena
recitantib
teran. sub
tes non o
constit. i
ex proxim
edio salub
beneficium
pnt sex
officium leg
nificiorum
temporis,

obligati
 nec oblig
 entio est act
 tur, et q
 silit, qu
 ncompo
 mcompo
 tionem req
 que verò
 m superfi
 ere aut en
 m attentio
 es, ad quas
 tur: cum
 attentio in
 us ad hoc,
 es iuxta di
 iuxta omnes
 orem etiam
 bit profe
 onem ho
 m; atqui
 proposito
 tiones ex
 in Deum
 e quâ nul
 declarau
 .. comp
 to Hymni
 devotiva
 recitans
 evagioni
 m peccat
 obligati re
 Theologi
 proba

probabilior verò videtur sententia asserens, quod
 notabilem partem, qualem reputant communius
 eam, quæ excedit medietatem unius horæ minoris,
 cum voluntariis distractionibus recitans teneatur
 sub mortali repetere: quia Ecclesia in cap. do-
 lentes cit. districtè in virtute obedientiæ studiosam
 & devotam celebrationem officii divini præcipit;
 atqui voluntariè distractè recitans notabilem partem
 nondum studiosam & devotam celebrationem &
 recitationem officii posuit, ergo tenetur eandem ad-
 huc facere repetendo illud, quod nondum recita-
 tum est: cum verò illud præceptum procedat ex
 gravi motivo videlicet Deum per vocalem oratio-
 nem colendi, obligat in notabili materia graviter.
 Licet autem sit probabilius, quod ad satisfaciend-
 dum obligationi teneantur cum voluntariis distra-
 ctionibus recitantes repetere partes non notabiles
 sub obligatione levi & notabiles sub obligatione
 gravi, atque à multis beneficiati non repetentes ob-
 stringantur ad restitutionem fructuum modo infra
 dicendo, attamen quia constitutiones pœnales stri-
 ctè sunt interpretandæ; strictè autem loquendo
 distractè recitans horas adhuc verè dicitur recitare,
 & pœna restitutionis fructuum sit imposita non
 recitantibus sive dicentibus officium in concil. La-
 teran. sub Leone X. sequitur quod distractè recitan-
 tes non obligentur ad restitutionem. Patent hæc ex
 constit. 135. S. Pii V. tom. 2. bullarii: quæ incipit
 ex proximo: in qua ita, *ex proximo lateranensi con-
 cilio salubris sanctio emanavit, ut quicumque habens
 beneficium ecclesiasticum cum cura & sine cura, se
 post sex menses, quam illud obtinuerit, divinum
 officium legitimo cessante impedimento non dixerit, be-
 neficiorum suorum fructus pro rata omissionis officii &
 temporis, suos non faciat, sed eos tanquam injustè*

perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur, sed de his statim plura. Igitur obligati tenentur modo jam dicto ad recitandas horas canonicas & quidē ex proprio vel suae Diocesis, si illa particulare habeat, vel sui ordinis, si sit religiosus, vel Romano breviario. In defectu proprii breviarii recitandum est ex breviario alieno; quia tunc videtur implere substantiam praecepti. Deinde debet recitari officium juxta praescriptum breviarii, ita ut oret de Sancto, cujus festum in breviario praescribitur, cujus neglectus potest esse mortale, si fiat saepius scienter, aut veniale, si fiat ex inadvertentiā vel errore, quia non praevidē inspexit breviarium; qui ex errore indebitum officium recitavit, non tenetur illud, quod recitavit repetere.

Secunda Pars explicatur: ad recitationem horarum Canonicarum obligantur 1. Non tam ex jure scripto, quam ex consuetudine, quam fidelium sensus & consensus approbat, & communis Ecclesiae praxis ostendit, Clerici in majoribus constituti, non vero in minoribus Ordinibus. Licet enim in Cap. 1. de celebrat. Miss. lib. 3. tit. 41. de presbytero dicatur, quod Presbyter mane matutinali officio expleto pensum servitutis suae videlicet primam, tertiam, sextam, nonam vesperamque persolvat. Attamen nullus invenitur Juris Textus de aliis Clericis in majoribus Ordinibus constitutis, unde ex consuetudine haec obligatio orta est, quae non est quoad Clericos minoribus Ordinibus initiatos. 2. Beneficiati, quia beneficium datur propter officium, & hujus officii ad minus magna pars est quotidiana oratio horarum Canonicarum, 3. Religiosi ad Chorum Professi, quorum omnium obligatio, ut melius sciatur, circa beneficiatos. Religiosos, atque causas ex quibus licite breviarii recitatio omittatur, aliisque difficultates resolvendae sunt.

De
Q. 1.
Canonica
R. 1. I
orare hora
beneficium a
quod ind
obligati
2. Illa c
vis non f
primorum
cognatis
annis ho
modo no
maximē c
mortem h
vel fructus
pere debet
fabricae co
et, fecer
beneficii u
et.
3. Si be
nnes dele
tatem per
tenetur; q
fectus bene
beneficium
ignanti or
cipiat fruc
hat quo n
potestatem
4. Ben
obligato)
ter alium,
to VII. d

Q. 1. Qualiter teneantur ad recitationem horarum
 Canonicarum beneficiati?

R. 1. Etiam beneficium tenue obtinens obligatur orare horas Canonicas; nam imputet sibi, quod beneficium acceptaverit, illudque acceptando ad onus, quod indifferenter omnibus beneficiis est annexum, se obligarit.

2. Illa obligatio incipit à die captæ possessionis quamvis non statim percipiantur fructus: velenim fructus primorum annorum percipiuntur ab hæredibus vel cognatis defuncti Canonici, & novus Canonicus illis annis horas Canonicas legere debet, quia fructus quos modo non percipit, post mortem hæredes percipiunt, maxime cum Canonici in vivis de illis fructibus post mortem hæredibus obvenientibus disponere possint; vel fructus illi applicantur fabricæ, & quoque horas legere debet: quia omnes Canonici ad conservationem fabricæ concurrere debent, quod ut insensibilis fieret, fecerunt statutum, quod post mortem fructus beneficii uno anno v.g. fabrica Ecclesiæ perciperet.

3. Si beneficiatus nullos fructus percipiat, quia omnes deservitori dare debet, eo, quod ob juvenilem ætatem personaliter deservire non possit, horas orare tenetur: quia quod fructus non percipiat, non est defectus beneficii sed beneficiati; idem est si acceptarit beneficium cum onere per aliquot annos solvendi resignanti omnes fructus pro pensione; item si non recipiat fructus, quia non residet, tunc enim per ipsum stat quo minus fructus percipiat, habet enim jus & potestatem percipiendi fructus, si velit.

4. Beneficiatus (idem est de quovis alio ad horas obligato) non satisfacit, si per seipsum non oret, sed per alium, ut colligitur ex propositione 21. ab Alexandro VII. damnatâ, *habens Capellaniam collativam*

aut

aut quodvis aliud beneficium Ecclesiasticum si studio literarum vacet satisfacit obligationi suæ, si officium per alium recitet.

5. Tenetur beneficiatus orare, quamvis animum habeat non percipiendi fructus, sed dandi pauperibus: quia obligatio recitandi est absolutè & antecedenter ad obligationem restituendi, quæ sequitur non recitationem tantum velut pœna.

Q. 2. Quinam & unde obligantur Religiosi ad horas Canonicas?

R. Obligantur ad recitationem horarum Canonicarum tam intra quam extrà Chorum Religiosi professi ad chorum deputati (idem est de sanctimonialibus) ex consuetudine immemoriali, quæ cum sit de re sanctâ & honestâ, & per sufficiens tempus cum tacito Legislatoris Prælatorum videl Regularium & summi Pontificis consensu introducta sit, habet vim sub gravi culpa obligandi per modum Legis.

Dices 1. Ista consuetudo recitandi officium extrà chorum est introducta à privatis Religiosis non habentibus auctoritatem legislativam; ergo non habet vim obligandi.

R. Obligationem illam non oriri præcisè ex praxi Religiosorum horas recitantium, sed formaliter subsistere ex potestate legislativâ tum Prælatorum Regularium (quæ saltem probabilis est, consequenter fundat titulum coloratum ad præscriptionem sufficientem) intendentium ex causis rationabilibus introductionem talis obligationis, tum summorum Pontificum, qui talem consuetudinem obligationemque indè contractam primitùs tacitè approbarunt, postmodum verà tam Religiosorum quam beneficiatorum debitum recitandi officium agnoscentes illud variis Regulis direxerunt.

Dices 2. Illa consuetudo orta est ex macrà devotione,

De
ne, ergo
memoriat
tio, sic nec
ductâ,
fuisse obli
nulla sequ
R. Ne
errore hæ
peris &
lentium
re intent
bere ani
nicarum
ordinatio
tificibus a
bantur,
simplicib
transierin
har legis
abilis &
Dices
suetudiner
ergo hæc
dubio grav
tenda obli
horarum
R. Ne
tio hæc fu
tis ratio
mam præ
gislatoris
Q. 3.
Canonica
R. Hæ
sine gravi

ne, ergo sicut ex consuetudine sub pulsu campanæ in memoriam divinæ incarnationis orandi non est obligatio, sic nec ex priori consuetudine per devotionem introductâ, & si Religiosi existimassent se primitus ad id fuisse obligatos, errassent, ex actibus autem erroneis nulla sequitur obligatio.

R. Negando ant. Quia non ex devotione nec ex errore hæc consuetudo orta est, sed ex Prælatorum imperitiis & ordinationibus, quibus juxta Prælatorum volentium usum obligatorium horas recitandi introducere intentionem se conformando Religiosi debebant habere animum recipiendi obligationem horarum Canonicarum etiam extrâ chorum recitandarum, ad quas ordinationes obligatoriè faciendas ex Regulis à Ss. Pontificibus approbatis & ex eorum constitutionibus tenebantur, sicque eò usque continuata fuit à Religiosis simplicibus frequentatio illorum actuum, quousque transferint in consuetudinem præscriptam, quæ ad instar legis tandem cœpit obligare, sicut quælibet rationalis & legitimè præscripta consuetudo obligat.

Dices 3. Dubium est, an introducetes talem consuetudinem habuerint animum graviter obligandi; ergo hæc consuetudo saltem non certò sed tantum sub dubio graviter obligat, cum verò in dubio non sit afferenda obligatio, practicè Religiosi ad recitationem horarum Canonicarum non obligantur.

R. Negando consequentiam: quia cum præscriptio hæc fundetur in intentione introducendæ obligationis rationabiliter præsumptâ, post tempus ad legitimam præscriptionem requisitum accedente juridico legislatoris consensu hæc obligatio est certa.

Q. 3. Quænam sint causæ à recitatione horarum Canonicarum excusantes?

R. Hæ causæ sunt 1. Infirmetas gravis, ità ut quis sine gravi nocumento horas recitare non possit, si ta-

men socius commodè haberi possit, & cum eo possit recitari sine gravi incommodo, adhuc est obligatio recitandi, tunc enim rationabilis causa excusationis non adest; si etiam quis vel ob hanc vel ob aliquam ex sequentibus causis non possit recitare totum officium, debet tamen recitare partem quam potest, quia singulæ horæ continent per se distinctam integram orationem, quæ dici potest separatim ab altera, sicut igitur impotens solvere totum debitum tenetur ad partem divisibilem, quam potest, ita, qui omnes horas recitare nequit, quas potest, recitare debet, & ideo merito damnata est ab Innocent. XI. propositio 54. *Qui non potest recitare matutinum & laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.*

2. Dispensatio superioris Ecclesiastici. Episcopus ad tempus dispensare potest, recitationem Breviarii ex causa rationabili in alias preces commutando, idem dicendum est de Prælati Regularibus tum ex privilegiis summorum Pontificum, in quibus Religiones ordinariè communicant; tum quia quasi Episcopalem in suos Regulares obtinent jurisdictionem.

3. Occupatio alicujus negotii necessarii, cum quo recitatio Breviarii absque gravi damno stare nequeat. Ex generali Regula, quod Leges Ecclesiasticæ sive scriptæ sive consuetudinariæ non obligent cum gravi damno.

4. Carentia Breviarii, ad quam alia quævis impotentia physica pertinet,

Q. 4. Quænam generaliter in recitatione officii Canonici sunt observandæ circumstantiæ?

R. Prima Circumstantia est numerus ut videlicet septem horæ Canonice recitentur, ita ut, qui vel unam ex his horis omittit, peccet indubitatè mortaliter, adeò ut si duas horas omittat, obligatus sit in confessione

hōne etiam numerum horarum omiffatum exprimere, quin in qualibet hora Canonica partem notabiliorem, quæ excedat medietatem, omittere communiter pro peccato mortali habetur.

2da Circumftantia eft ordo, ut incipiatur à matutino & terminetur in completorio eodem Ordine, quo horæ numerantur; prætermiffio hujus Ordinis abfque causa eft venialiter mala, cum causa caret peccato, ad hunc ordinem etiam pertinet continuitas, ut fine iufta causa in eadem hora non fiat interruptio, quæ tamen fi fiat cum iufta causa, ficut etiam fi una hora ab aliâ feperetur, imò & matutinum à laudibus faltem extra chorum, caret omni culpâ.

3tia Circumftantia eft qualitas, ut recitetur officium canonicum juxtâ præfcriptum Breviarii videl. vel fub ritu duplici vel fub ritu fimplici vel de feriâ, ut ordinant & præfcribunt Rubricæ Breviarii.

4ta Circumftantia eft tempus fcilicet ut in Choro recitentur horæ Canonice ftatutis temporibus, extra Chorum totum officium compleatur ab occafu Solis diei præcedentis ufque ad mediam noctem fequentis diei, quod tempus accuratè ftatuitur hoc modo; pro matutino & laudibus à pridiano vespere ufque ad horam poft ortum mane folem, pro primâ à tempore auroræ ufque ad undecimam, pro tertiâ ab ortu folis ufque ad meridiem, idem eft de fextâ & nonâ, vespere in quadragefima exceptis primis tribus diebus & dominicis recitantur ante meridiem, aliis temporibus à meridie ufque ad occafum folis. Pro Completorio tempus eft à tertiâ poft meridiem ufque ad medium noctis, hoc tempus non fervare abfque causa eft veniale, cum causa nullum eft peccatum, melius tamen eft anticipare quam poftponere tempus juxtâ vulgatum illud: ante horam orare providentiæ eft, poft horam negligentie.

in hora obedientiæ. Matutinum cum laudibus. vespere antecedente orare omnibus tam sæcularibus quam regularibus permissum est, sed quâ horâ non conveniunt DD. in hoc concordant, quod omni tempore anni matutinum sequentis diei horâ quartâ pomeridianâ legi possit.

5ta Circumstantia est modus orandi ut nempe devotè & studiosè oretur, de quo præter dicta superius, ad officium oris pertinet, ut tali voce oretur, ut orans seipsum audire possit, si nullum esset impedimentum; quia verba, quæ auditu percipi non possunt, non videntur esse verba, sed potius inchoatio verborum facta in gutture vel inter dentes. Præterea debent omnia verba & syllabæ articulatè exprimi, si autem oretur cum socio choraliter, uti semper extrâ chorum fieri potest, satisfit, quamvis unus ex orantibus omnia non proferat, sed juxta modum, qui servari solet in choro, alternent, qui tamen obligatus est ad horas recitandas, dum socius orat, attendere debet ad id, quod socius legit, ideo non satisfaciunt, qui non expectant versiculorum ab altero dictorum finem, sed accelerantes præveniunt, & incipiunt novum versum antequam alter suum versum finierit: non enim, possunt satisfacere audientes alium, & simul recitantes sicut non possunt simul duos versus recitare.

Q. 6. Quæ pœna beneficiati non recitantis horas?

R. Beneficiatus post sex menses ab adeptâ possessione non orans horas privatur fructibus pro ratâ officii prætermissi, quos tenetur restituere vel fabricæ Ecclesiæ vel pauperibus, ita in Concilio Lateranensi definitum sub Leone X. sess. 9. ubi ita: *statuimus quoque & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impe-*

De R
impedimen
non faciat p
os tanquan
beneficiorum
vero ultra
maxime per
beneficio ipse
beneficium,
hoc ut ben
illud bis t
S. Pius V.
cavit: qu
bus interm
fructus, q
se dividere
nam, qui
urum singu
met si aliq
Canonici
tributiones
tanta, con
sacrificasse p
tionum am
tâ peccami
responder
bitâ ration
marum & c
tutionem d
no officio &
claratione
Alexander
tatio à Pio
debetur
dicis, eo
omissionem
2. 2. The

impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis & temporis sed eos tanquam injuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum vel pauperum Eleemosynas erogare teneatur, si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitimâ monitione precedente, beneficio ipso privetur, cum propter officium detur beneficium, intelligitur autem officium omittere quoad hoc ut beneficio privati possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, hanc constitutionem S. Pius V. in cit. constitut. ex proximo: his verbis declaravit: qui horas omnes Canonicas uno vel pluribus diebus intermiserit omnes beneficii seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, qui verò matutinum tantum dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem, tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis presens adsit fructusque & distributiones forte aliter assignatas sola presentia juxta statuta, consuetudinem, foundationem, vel aliâs sibi lucrifecisse pretendat etiam præter fructuum & distributionum amissionem. Ex quibus verbis inferitur, quod datâ peccaminosâ omissione perdantur omnes fructus correspondentes tempori & officio prætermisso, nullâ habitâ ratione aliorum onerum beneficii etiam curæ animarum &c. Quia S. Pius V. declarans citatam constitutionem decernit privationem totius quantitatis pro toto officio & medietatis pro matutino. Circâ quam declarationem

Alexander VII. damnavit has propositiones. 20. Restitutio à Pio V. imposta beneficiatis non recitantibus non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eò quod sit pœna. Et 33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque

elemosynas, quas antea beneficiatus ex fructibus sui beneficii fecerit. Ex quâ damnatione certum est, beneficiatum, qui horas neglexit, ante omnem sententiam teneri in conscientiam restituere fructus negligentiae correspondentes, neque restitutionem compensari per elemosynas ex fructibus beneficii ante horarum neglectum datis. Pergit S. Pius V. in declaratione citatâ: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit: nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse, ex quibus patet, quod obligatio restituendi statim beneficiato incumbat, restituendi verò non nisi post sex menses.

DISPUTATIO XXXVI.

De voto & sacrificio.

Quia unicum legis novæ sacrificium variis veteris legis hostiis successit, de quo agitur in 3. P. Disput. XXVI. & XXVII. propterea de sacrificio in genere pauca hic præmittimus Quæstionibus de voto.

Sacrificium generaliter dicitur quodlibet opus bonum, quod Deo exhibetur quo sensu dicitur Ps. 50. v. 10. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus* & Hebr. 13. v. 16. *Beneficentia & communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.* Specialius est actus Religionis à quolibet opere bono distinctus: quia de eo tanquam ad solos Sacerdotes pertinente loquitur S. Scriptura signanter Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis* & hoc modo acceptum sacrificium definitur: oblatio rei sensibilis, Deo per legitimum ministrum facta cum aliquâ ipsius immutatione reali. *Dici-*